

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 181. Momentosæ de contritione quæstiones resolvuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

illa poenitentia remittere queat; non tamen speclata iustitia sua. Neque enim Deus est omnipotens, nisi omnipotenti justa, omnipotenti clementis, &c. Idemque to. 1. de Deo, distinct. 10. n. 123. probavit, quod Deus iure supremi sui in creaturas dominii, creaturam innocentem aeterno nequacat addicere igni. Neque enim Deus tribueret debemus supremum in creaturas dominium, ab equitate, iustitia, clementia, aliquip divinis attributis separatum, sed supremum dominum, et quam, iustum, clemens, &c. Creaturam vero innocentem aeterno igni addicere, est contra regulam supremae equitatis, iustitiae, clementiae, &c.

C A P U T C L X X X .

Necesse non est quod contrito precedat Confessio-
nem; sed sufficiat quod procedat, vel comi-
teretur absolutionem.

²²⁴³ E St communis sententia, tametsi contradic-
tes habet Ferdinandum de Caltro-Palao, Co-
mnick, &c. Et probatur 1^o. ex communi sensu
fidelium, communis confitentia Doctrorum, com-
muniq[ue] praxi Confessoriorum, qui solliciti esse
non solent de eo quod contrito procedat, sed to-
tum quod procedat, vel comiteretur absolutionem.
Praeterea namque confessione, dum non excitant
poenitentes ad contritionem; quia runc elicita,
Confessorio significat, statim absolvunt. Itaque
proxim confirmat veteris Ecclesie praxis, secundum
quam prim recipiebat peccatorum confessio;
deinde poenitentes jubebantur variis
pietas exercitis, poenitentia operibus contri-
tionem tibi procurare. Ac tandem una nova con-
fessione absolvabantur. Videri potest D. Nicole
Instruct. 4. de pecc. c. 23.

²²⁴⁹ 2^o. quia confessio dolorosa esse potest, tamet-
si contrito subsequatur ipsam, non procedat. Cum
hoc ipso dolorosa sit, quo sit intentione sacramen-
talis absolutionis debite sufficienda; atque adeo
intentione doloris ante absolutionem, vel sub il-
la concipiendi. Per ejusmodi namque intentionem,
dolor confessionem concomitantur in voto,
proximè exequendo.

Nec est ratio negandi confessionem sufficien-
ter dolorosam esse, per hoc quod fiat intentione
concipendi verum dolorem, vel mediæ Confessa-
tioi admonitione, seu instructione concipendum;
vel à Deo impetrandum per bona opera à Con-
fessario injungenda, & ante absolutionem pera-
genda, sicut habebat prioribus Ecclesie facultis.

²²⁵⁰ Nec momentata est ratio qua obiectur à non-
nullis in contrarium: quod utique confessio, fa-
cta abisque precedentia vel concomitantia dolore,
non magis sit reconciliativa, quam absolutione sic
data. Cum confessio non sit reconciliativa pro-
instanti quo ipsa sit, sicut absolutionis; sed pro in-
stanti subsequentia absolutionis; idemque sufficiat,
quod fiat intentione eliciendi dolorem (necessaria-
tiam ad reconciliationem) previae, vel concomi-
tantia ad absolutionem.

C A P U T C L X X X I .

Momento de contritione questiones
resolvantur.

²²⁵¹ Q Uæritur 1^o. an dolor possit diu procedere
confessionem, vel absolutionem? 2^o. an
novus dolor toties existans sit, quoties nova
impeditur absolutionem? 3^o. an dolor de pecca-
tis concepi debet in ordine ad Sacramentum?
4^o. an dolor selenem conceperit, per lapsum sub-
sequentem in peccatum, seu mortale, seu ve-
niale, retrahari confeat?

Ad primum respondeo affirmativè cum Soto,

Candido, Mæratio, & Leandro à SS. Sacram. Quia judicium sacramentale institutum est ad instar judicij forensis, quod censetur moraliter unum, licet sententia diu post causam discussionem proficeretur. Quemadmodum ergo in judicio forensi praecedentia discussio causa; etiam ad plures dies, vel hebdomadas, non obstat moraliter unitati judicij; sic in judicio sacramentali praecedentia confessio, vel doloris, etiam ad plures dies, vel hebdomadas, eidem unitati non obstat, dummodo actus isti poenitentis moraliter permanere censentur. Censentur autem moraliter permanere, quamdiu neque explicitè, neque implicite retractantur. Neque enim alia requiritur unio, seu moralis, seu physica, inter materiam & formam judicij sacramentalis, quam inter materiam & formam judicij forensis, uti constat ex veteris Ecclesie praxi, secundum quam inter confessio-
nem & absolutionem intercedebat intervallum non modici temporis, quo poenitens (secundum Canones) poenitentia operibus exercebatur. Proinde non dubitandum (inquit Mæratius de Sacram. dispu. 2. fecl. 7.) quoniam valida foret abolutio Sacerdotis, que malis hebdomadiis, imo mensis, datur post audiendam poenitentis confessionem. Quæ quanvis tardius differri non soleat, non de-
junt tamen casus, in quibus ad aliquas dies, imo
hebdomadas, differri atque, &c. differri etiam
expedit; dummodo poenitens adhuc censentur se
subjicere clavibus, in ordine ad absolutionem,
nec novo peccato, seu alter, peccatorum suo-
rum dolorem vel confessionem retractat.

Hinc validum fructuofumque est Poenitentia
Sacramentum, si quis praecedenti vepera, con-
scientia discussa, excitatoque de peccatis dolore,
cum proposto confitendi, sequenti die sine novo
dolore confessus abolvatur. Ita Bassius, aliquis
paup.

Ad secundum respondeo negativè cum Rosel-
la, Petro Ledesma, Joanne de la Cruz, & alii,
quos Diana refert p. 11. tr. 5. refol. 21. Ratio
est, quia idem dolor subseruire potest duplici ab-
solutioni: cum ad novam absolutionem sufficiat
nova confessio, prout constat ex communi praxi
fidelium, sacramentaliumque Judicium, qui sine
novo dolore, tametsi non sine nova confessione,
iterat ab solvunt obitos alieujus peccati morta-
lis, illud paulò post acceptam absolutionem sine
novo dolore confitentes. Neque fideles novum
tunc dolorem elicere solent. Enimvero ut quid no-
vus dolor requireretur, si prior moraliter adhuc per-
ficeret, ad peccatumque de novo confessum virtua-
liter saltē se extenderat? Si dolor primò elicitus ad
huc acta perseveraret, nulli dubium, quin nova
sufficiat absolutionem (perquam enim absurdum
est aliter, quod illius requiratur interruptio, quasi
continuatio absque interruptione oblitus fructuofus
absolutioni peccati in confessione obliiti) pariter
ergo sufficiat, si adhuc perseveret virtus.

Nec quia ad novam absolutionem nova requi-
ritur confessio, nova pariter requiruntur contritio,
Disparitas est enim, quod ad novam sententiam,
etiam forensem, nova requiratur causa proposi-
tio, novaque rei subiectio. Quæ sit per novam
confessionem, non per novam contritionem. Et
sicut ad novam sententiam sic in judicio forensi
nova requiritur causa propositio, ut nova non re-
quiratur probatio, magis quam nova causa; sic
in judicio sacramentali sic nova requiritur con-
fessio, ut nova non magis requiratur contritio (per
quam poenitens prober novâ se absolutione dignum)
quam nova requiratur causa, seu novum
aut distinctum peccatum. Ad novam proinde ab-
solutionem, sic ut nova sic requiritur confessio, ne
novum seu distinctum non requiratur peccatum,
sed sufficiat nova confessio, sive peccatorum alias

legitimè confessorum , sive peccati in confessione oblixi : sic nova sic requiratur confessio , ut non requiratur nova seu distincta contritio , sed eadem contritio duplici forma perinde subiici queat , ac idem ei subiici queat peccatum . Perinde etiam , ut eadem probatio duplici sententia perinde subiici potest , sicut eadem causa , dummodo nova fiat illius propositio , reique subiectio .

555 In aliis quidem Sacramentis eadem materia proxima , v. g. eadem absolutio , unicío , &c. diversis formis subseruire nequit . Sed hoc idē , quia impossibile est , quod eadem absolutio , unicío , &c. semel exhibita , rursum postea exhibeat : utpote actus transiens , nec moraliter perseverans , postquam transiit . Contritio vero moraliter perseverat , etiam postquam physicè transiit . Nec potest tandem præcedere formam in aliis Sacramentis , sicut contritio præcedere potest absolutionem in Sacramento Pœnitentiae .

556 Et vide quid sequeretur , nisi vera foret assertio nostra . Sequeretur enim quod infirmis , post absolutionem , recordatus peccati mortalium non confessi , tametu Confessarium revocaret , dicens , se velle & debere confiteri , si antequam novum conciperet dolorem , rationis usu privatus , cum concipere non posset , absolvī non posset . Quod videtur inconveniens .

Ad tertium respondeo cum Card. de Lugo , Reginaldo Ralleiro , &c. non esse necessarium , quod intentio suscipie di Sacramentum , vel confitendi , sit causa movens ad dolorem , vel quod dolor ad confessionem dirigatur per intentionem dittinētam à proposito servandi mandata , seu faciendo quae necessaria sunt ad reconciliationem cum Deo . Tum quia in hac intentione confitendi voluntas continetur . Tum quia sufficit quod dolor ad Sacramentum referatur postquam conceptus est , tametu dum conciperetur , non occurrit memoria Sacramenti . Sufficit (inquam) quod dolor ante conceptum , nec retractato , pœnitentis utatur ad suscipiendum Sacramentum . Sufficit namque dolor cum spe venia & voto praestandi reliqua . Nec amplius requirit Tridentinum scilicet 14. c. 4. ubi explicans conditiones doloris , cum Sacramento requisiuit , nihil infinitus de alia intentione , quam proximè dicta .

557 Ad quartum respondeo 1º. dolorem semel conceptum retractari per subsequentem lapsum in mortale peccatum . Ut pote per quem retractatur odium & detestatio peccati , voluntasque amplius non peccandi .

558 Respondeo 2º. per lapsum subsequentem in aliquod veniale , non retractari dolorem de aliis venialibus , nec de mortalibus . Quia odium & detestatio mortalium , voluntasque amplius ea non committendi , stat cum voluntate committendi aliquod veniale . Sicut & dolor de uno veniali , cum non dolore , in modo cum affectu aliorum venialium . Neque enim legitimus de venialibus dolor necessariò se extendere debet ad omnia venialia , & quamvis dolor de mortalibus , ut legitimus sit , ad omnia mortalia se extendere debet , non ratiō ad omnia venialia . Dolor autem conceptus de aliis venialibus tandem permanere censetur (saltem habitualiter , quod in presenti sufficit) quamdiu expressè non retractatur , nec in ea quis relabitur .

C A P U T C L X X X I I .

Ne venialia quidem absque perfecta vel imperfecta contritione remitti queant , sive per Sacramenta , sive per Sacramentalia .

559 Primo quia ut Augustinus dicit epist. 48. ne quenquam patet à quocunque sive magno , sive parvo peccato , ad correctionem sine pœnitentia transire posse .

2º. ut peccator , sive magnus , sive parvus , delicti veniam consequatur , voluntatem malam , Deoque injuriosam retractare debet per penitentiam . Quia in Sacramento (ut pars eius) formalis est contritio . Extra Sacramentum , dum peccata memoria non occurunt , et si non necessariò est contritio formalis , salem necessariò est contritio virtualis , quā Deo quis sic afficitur , ut si memoria venialia occurrent , ea propter Deum defitescerent .

Ad hoc porr̄ ut contritio sufficiat ad remissionem venialium aliquorum , sufficere non debet ad remissionem omnium . Ad hoc etiam ut contritio sufficiat ad consequendam veniam omnium mortalium , eo ipso sufficere non debet ad remissionem venialium . Cum eo ipso non sit retractatio affectuā ad venialia , quo retractatio est affectuā ad mortalia .

Nec contrarium probat axiomā : *qui potest pluri , potest & minus* . Ut pote quod procedit de minori contento in illo majori ; secū si in eo nec formaliter , nec virtualiter contingat (neque enim potest docere Theologiam) contritio autem venialium , nec formaliter , nec virtualiter contingat in contritione mortalium : cū mortalium omnium non raro sit contritio , quā ne quidem sit virtualis contritio venialium .

Ex dictis collige , cum qui venialia constitut , de iis habere debere contritionem , cum propositum emendationis ; non quidem extendeat se ad emendationem omnium collectivè , sed omnium distributivè , seu singulorum . Tametsi enim contritio mortalium esse debet cum proposito vitandi omnia , tam collectivè , quam distributivè , non sic est de venialibus . Cum humanæ vite infirmitas hoc non patiatur . Ut enim S. Thom. ait p. q. 87. a. 1. ad 1. homo in gratia confititum , potest vitare omnia mortalia , & singula . Potest etiam vitare singula venialia ; ea non omnia . Unde patet difficulter non esse de venialibus contritionem , sicut de mortalibus . Neque ex frequenti relapsu in venialia tam facile presumi deficitum contritionis , quam ex frequenti relapsu in mortalibus . Quod enim in confessione venialia frequenter quis relabatur , provenit ex impossibilitate vitandi omnia . Ob quoniam proximè dixi non esse necessarium propositum vitandi omnia , sed propositum vitandi singula , cui venialia confitens addere debet propositum majori studio vigilandi ad eorum diminutionem . Ad quam vigilantiam , secūrum conatum Christiani omnes , ac praetertim Religiosi tenent (vigilatio) & feri & sincere tendunt ad perfectionem , proficiendique in via virtutis : in qua non proficeret . Juxta sanctos Patres decicere est) neque enim ad maiorem in dies profectum feri & entitetur , qui peccata venialia , tamquam spiritualis profectus impedimenta , minuerit feri & sincere non satagunt .

Ceterū si sola quis venialia sine ullo confiteatur dovere , & sine ullo emendationis proposito , mortali le crimen oblitigat . Quia per hoc causa est irriti Sacramenti . Quod enim Philippus Faber , Professor Patavinus , ait , irritationem Sacramenti in re levii , solum esse veniale peccatum , admittit non potest . Quia Sacramentum reddere totaliter iritum & infructuosum , sive per indispositionem materie gravis , sive per indispositionem materia levii , non esse non potest irreverentia gravis . Quemadmodum non esse non potest injuria gravis , tota occisio hominis , sive ene , sive acu fiat . Aliud est , si quatuor dumtaxat venialia quis confiteretur , cum dolore sic se extendeat ad tria , ut affectus remaneret ad quartum . Tunc enim Sacramentum non efficieretur totaliter irritum & infructuosum . Et quod equidem subiiceretur materia supra